



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 85. Novi tumultus in Helvetia ob formulam consensus exorti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. Herbipolenſibus Episcopis plene probatur: hanc tamen controverſiam diſtincti mendii gloria erat reſervata Benedicto XIV. Pontifici æterna memoria digniſſimo.

§. LXXXV.

Novi tumultus in Helvetia ob formulam conſenſus exorti.

*Hotting.
Hiſt. Helvet.
t. 4 p. 268.*

Eodem tempore, quo Acatholicorum Principum Oratores ad conciliandas Lutheri & Calvinii ſectas decumant, fruſtraneum licet, laborem adhibebant, inter ipſos Calviniſtas Helvetios acerrima recrudit Religionis diſſenſio: Erant ſemper Calviniani Cantones ſicut tenaciſſimi rigidiorum Calvinii opiniorum, ita & acerbiffimi hoſtes doctrinæ de gratia univerſali. Hiſ pro aris & focis adſtipulabantur Genevenſes; ſenſim vero quorundam ſtomachus crudas Particulariſmi dominantis ſordes concoquere haud ultra poterat. Jamjam in Dordraceno Conciliabulo Matthæus Martinius Bremariſis Præco, aliique duriffima conſectaria ex hoc errore profluentia naſcebant, ac propterea unacum Camerone & Amyraldo hujus doctrinæ crudelitatem ad invento Universalismo Hypothetico mitigare adlaborarunt. Genevæ etiam

Trou-

Tronchinus Præco aliique gratiæ uni-^{Sæc. XVIII.}
 versalis speciem invehere moliebantur, ^{A. C. 1722.}
 apertius alii tradebant, Salvatoris nostri
 mortem *omnibus* prodesse, ac Deum suf-
 ficientem gratiam *omnibus* dedisse:
 Inde vero anno præteriti sæculi septua-
 gesimo primo universa hæc Civitas &
 singulæ familiæ in funestas scindeban-
 tur factiones: Manum negotio admo-
 vet Magistratus, atque a viginti quin-
 que Virorum consilio lis ad ducenarios
 devolvitur. Habetur hac de re dispu-
 tatio præsentibus loci Prædicantibus.
 Afferuntur a vicinis exterisque locis
 literæ, & monita, & preces, ut gratia
 particularis strenue ac immote propug-
 naretur: Stetit pro ratione voluntas
 Magistratus, cujus auctoritate promul-
 gatum est decretum, per quod univer-
 salis gratia in perpetuum proscrip-
 ta, ac omnino interdicta sit. Ast vitio om-
 nibus sectis communi paulopost accidit,
 ut exsiccaretur fœnum, & caderet flos,
 quia Spiritus Domini sufflavit in eo,
 solumque Verbum Domini manet in
 æternum. Non pauci enim ex ipso Ma-
 gistratu & Prædicantibus universalem
 gratiam scriptis Anonymis propugna-
 bant: alii econtrario unice semel re-
 ceptum errorem tuendi contentione
 permoti, sub falso conscientia, Deique
 nomen sanctificandi prætextu universa-
 lem

Sæc. XVIII. lem Dei gratiam impugnabant. His
 A. C. 1722. quoque prævalentibus ex mandato Tigurini Magistratus Joannes Henricus Heideggerus Præco decantatam Formulam consensus anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto edidit; totumque Universalis gratiæ dogma proscripsit. Hanc formulam adoptabant primo Tigurini, postea Bernenses, Basileenses, Schaffhusani, ac denique Genevenses, omnesque Theologiæ Candidati huic formulæ subscribere cogebantur his verbis. *Sic sentio.* Laulonienses vero & Vaudenses hanc formulam signare constanter recusabant, & non modo Walchium Cantuariensem Pseudo-Archiepiscopum, sed & omnes Lutheranos in Helvetia, imo & ipsum Fridericum Borussiae Regem literis sollicitabant, ne læsa conscientie libertate ad formulæ subscriptionem adigerentur. Eorum votis annuens Rex die vigesima prima Februarii hoc anno ad Calvinianos Pagos hæc perscripsit.
 „Cum utriusque Religionis Sectatores
 „arctiorem unionem inter se stabilire
 „conentur, neminem tamen ad id, de
 „quo convictus non est, credendum vel
 „profitendum adigere intendant, sed
 „unice quærant, ut tam Calvinistæ quam
 „Lutherani, qui aliunde in fundamenta-
 „talibus articulis conveniunt, quantum
 „fieri

„fieri poterit, fr̄terna concordia unian- Sæc. XVIII.
 „tur, & circa accidentalia invicem non A. C. 1722.
 „altercentur &c. hinc non sine mærore
 „sua Majestas percepit, quod præcipue
 „apud Tigurinos & Bernenses Præco-
 „nibus & Professoribus denuo quædam
 „formula aliique asperiores de præde-
 „stinatione articuli, qui tamen nec a
 „Protestantibus imo nec etiam ab om-
 „nibus Calvinistis adoptati probatique
 „sunt, obtrudantur: cum ergo nemo
 „cogi possit, ut profiteatur, de cujus
 „veritate convictus non est, hinc sua
 „Majestas rogat, ne necessariam inter
 „Protestantes concordiam per præfa-
 „tam formulam, immoderatamque se-
 „veritatem præpediant, sed hac in re
 „cuilibet plenam libertatem relinquunt,
 „& duntaxat Confessionem Helveticam
 „tueantur, præcipue cum doctrina de
 „universali aut particulari gratia sat
 „expresse in sanctis Literis tradita non
 „sit &c., Adversus ipsam hanc formu-
 „lam etiam declamabat Angliæ Rex hæc
 „ad Helvetios perscribens: „Formula
 „consensus in variis Helvetiorum Pagis
 „a pluribus annis recepta graves in
 „Germania concitavit turbas, simulque
 „inter Fratres speratam Protestantium
 „unionem impedivit, quocirca hos ac
 „præcipue Tigurinos & Bernenses hor-
 „tamur, ut pacis studio nullus huic for-
 „mulæ

Sæc. XVIII., mulæ subscribere compellatur., Co
 A. C. 1722. dem ferme tenore Ratisbonenses Prin-
 cipum Legati ad Bernenses & Tiguri-
 nos perscripsere die duodecima Maij
 Ad horum Principum monita aliorum Prin-
 cipum Prædicantes iidem, qui hanc
 formulam ratam haberi ardentius olim
 postulabant, non modo illius subscrip-
 tionem urgere destiterunt, sed insuper
 die vigesima sexta Maij coram Senatu
 declararunt, huic formulæ, utpote ex-
 osæ, ac nequaquam necessariæ, & que
 insuper Protestantium unioni obtaret,
 haud ultra insistendum esse. Nihilominus
 Bernenses ac Tigurini biduo post præfatis
 Regibus & Principibus significarunt,
 quod quamvis hac unione nihil optabilius
 haberent, sperarent tamen, quod eorum libri
 Symbolici, quæ inter formula Consensus post
 maturam & diuturnam deliberationem ex
 gravissimis causis ab omnibus Helvetis
 prout ab ipsorum Majoribus receptæ sunt,
 An. 1675. accepta fuit, & in hanc usque
 diem sine omni conscientie aut innovatione
 subsistit, nequaquam directe vel indirecte
 Ecclesiarum unioni obistere valeat. Idem sese
 jamjam Regis Borussiae Avum Anno 1686. die
 octava Maij perscripsisse annotabant. Audaciores
 erant Bernenses, qui die decima sexta junii
 Lausoniensibus hanc

subscriptionem pro summo imperio im-
 posuere: Verum hi die trigesima Ja-
 nuarii Angliæ & Borussiæ Regum
 opem implorabant, ad quorum etiam
 preces Borussus die sexta Aprilis re-
 scripsit, quamplurimis hanc subscrip-
 tionem esse exosam, proin eos ab hoc
 onere esse liberandos: nihilominus ob-
 stinati die decima septima Junii nomine
 omnium Pagorum responderunt, se nul-
 lius conscientia vim intulisse, eoquod
 hanc formulam non tanquam fidei arti-
 culum, sed ut uniformis doctrinae Re-
 gulam obtrusissent, si tamen hæc sub-
 scriptio unioni obstaret, quamprimum
 jactata concordia plene confecta esset,
 hanc quoque formulam abrogare parati
 forent. Postea calamis utrinque acri-
 ter certatum, & Hamburgenses, Ro-
 stockienses aliique Prædicantes hanc
 formulam utpote *dissensionum fomitem*
 sæde prosciderunt, Regnumque in se
 divisum, desolatumque reliquerunt.

Sæc. XVIII,
 A. C. 1722.

§. LXXXVI.

*Synodi Diæcesanæ Monasteriensis
 Decreta.*

Hoc anno die decima septima Martii
 Clemens Augustus Bavarix Dux,
 & Monasteriensis necnon Paderbornensis
 Episcopus Monasterii Diæcesanam ce-
 lebra-

*Collect. Con-
 cil. Germ.
 t. 10. p. 426.*

Hist. Eccles. Tom. LXXI. E e lebra-